

fisci, sed domino restitui debent; l. Negativa, Cod. de furtis. Est communis Doctorum; & ratio est, quia dominus rei suae dominium non amittit, nisi ipse consentiat, sive eam pro delicta habeat; in hoc autem casu quod ratione tempestatem rem proiciat in mare ad eradendum naufragium, aut in naufragio ipsam amittat, dominus non consentit, nec pro delicta habet; quin potius libentissimus retinet, vel recuperaret, quocumque modo posset, quamvis necessitate compulsus egerit, vel impossibilitate detorturam spem recuperandi per se abiciat, §. 8. Institut. de rer. div. lib. 21. §. 1. ff. de acquir. vel amittend. post. Tum quia talia bona in litore inventa retinere est contra jus naturale, utpote alieni occupatio, & magna in miseris crudelitas, ut inquit Cassiod. lib. 4. variat. Epist. 7. ibi: *Crudelitatis genus est ultra naufragium, velle seivere, & illos ad dispendia cogere, quibus inopem vitam probantur immunita elementa dedisse*; Unde excommunicatur ii, qui bona christianorum naufragantium in litore reperta surripiunt animo retinendi. Hinc piscantes bona naufraga in mari tenentur restituere domino; sicuti debent domino restituere ea, quae eripiuntur ex incendio, vastatione, inundatione &c. & etiam oves, aut alia animalia ex lupi faucibus erepta, sive adhuc vivant, sive non, per cit. Jura sub num. 24. Nec refert, quod eas res dominus numquam recuperaturus fuisset, quippe certo perituras, nisi talis piscator, seu ereptor illas magna industria, labore, periculo vitae ab interitu liberasset, ut habetur ex l. Pomponius 44. ff. de acquir. rer. domin. ubi dicitur, quod qualibet res nostra, quantumcumque periclitetur, manet nostra quamdiu non est consumpta; Et sic tenet communis Doctorum, qui tamen dicunt, posse talem piscatorem, seu ereptorem compensationem laboris, ac periculi sui debite aestimam jure exigere, quia domini negotium utilissime gesserunt. (Vid. adh. notis. hisp. verb. Assecurator, pag. 242. col. 2. prope med.)

26 Thesaurus proprie dictus (qui l. Numquam 31. ff. de acquir. rer. dom. definitur, quod sit vetus quedam depositio pecuniae, cujus non extat memoria, ut jam dominum non habeat) jure naturali, & gentium transit in dominium inventor occupantis; Et communis; quae enim nullus sunt, jure naturae, & gentium sunt primo occupantis; thesaurus autem in nullius dominio existit, adeoque &c. De jure autem civili non discernendo ad quem spectat thesaurus, opus est distinctione. Si enim thesaurus inventus sit in proprio fundo, totus est inventor; Institut. de rerum div. §. thesaurus; ubi sic expresse dicitur: *thesaurus, quos quis in loco suo invenit. D. Adrianus naturalem aequitatem secutus, ei concessit, qui eos invenit*. Si autem thesaurus inventus sit in fundo alieno, vel inventus est non data ad hoc opera, sed fortuito, v. g. arando, seu fodiendo, & hujusmodi, tunc dimidius erit domini fundi, & dimidius inventor; lib. 1. Cod. de thesauris lib. 10. & Institut. de rerum div. §. thesaurus; Vel inventus data ad hoc opera, & ex industria quæsitus sine consensu domini, & tunc erit domini: l. unica, C. de thesauris, ibi: *In alienis vero terrulis nequimo audeat invitis, id est nec volentibus, vel ignorantibus dominis, opes abditas suo nomine perscrutari, quod si nobis super hoc aliquis crediderit esse supplivandum, aut præter hujus legis tenorem in alieno loco thesaurum scrutatur, totum hoc locorum domino reddere compellatur*.

30 Si dominus consentit, ut quis in fundo suo thesaurum quæreret, standum est pacto, si quod initum est si nullum initum sit pactum, fieri debet divisio ad æquitatem, nisi partem suam cesserit dominus, argum. l. 1. Cod. de thesauris lib. 10. & Institut. de rer. div. §. Thesaurus. Si autem inventor certo sciverit ibi latere thesaurum, & simulaverit se nihil scire, fingendo aliam necessitatem terræ effendiendæ, tunc de tali thesauro dispendendum est, ac si nullus fuisset datus a domino consensus, ac ideo totus debetur domino, cum se inscio, immo decepto, fuerit quæsitus, & inventus; l. unica cap. 31 de thesauris. Si fundus habet duos dominos, unum scilicet directum, & alterum utilem, tunc thesaurus inventus fortuito, & sine data opera dimidius inventor, &

alter dimidius thesaurus erit inter illos ex æquo dividendus, tamquam inter dominos fundi; cit. l. 1. Cod. de thesauris lib. 10. & Institut. de rerum div. §. Thesaurus. Si vero thesaurus fuerit inventus data ad hoc opera, ut ex industria quæsitus sine consensu aliquis domini, tunc erit dividendus ex æquo inter ipsos dominos fundi, & nihil debetur inventori; cit. l. unica C. de thesauris. Si autem inventor fuerit unus ex ipsis dominis fundi, v. g. fuerit dominus utilis (ut feudatarius, vel imphyteuta) tunc ipse dominus utilis inventor debet reddere domino directo solummodo quartam partem, & sibi reservare alteram quartam partem, quatenus est ejus fundi dominus, & sibi retinere integram medietatem, quatenus est inventor; arg. cit. §. Thesaurus; Institut. de rerum div. §. cit. l. unica C. de thesauris. Et ratio est, quia idem est inventor, & sic debetur illi media pars, & est etiam dominus loci ex parte, & sic ei debetur altera quarta pars. Tanto jure non gaudet depositarius, & hypothecarius, qui cum non sint domini nec utiles, nec directi loci sibi depositi, vel oppignorati, si ex industria quærant, & inveniunt thesaurum in ipso, erit totus domini fundi; arg. cit. l. unica, C. de thesauris. Si vero casu fortuito thesaurus inveniatur in illo loco sibi depositi, vel oppignorato, tunc dimidius thesaurus erit domini fundi, & dimidius inventor, seu inventorum, cit. lib. 1. Cod. de thesauris, lib. 10. & Institut. de rerum div. §. Thesaurus.

Thesaurus inventus in loco publico spectante ad principem, vel communitatem speciali jure proprietatis, ut potest esse in aliqua silva, domo, agro, horto, & hujusmodi, si sit inventus casu fortuito, media pars debet esse inventor, & altera media pars principis, seu communitatis. Inst. de rerum div. l. 2. §. Thesaurus 39. ubi sic dicitur: *Si quis in publico loco, vel publico, vel civitatis thesaurum invenit, dimidius fisci, vel civitatis*. Si sit inventus ex industria seu quærendo, totus perinet ad dominum fundi, cit. leg. unica, C. de thesauris; Non enim princeps, aut civitas est pejoris conditionis, quam alter particularis, cui sic totus thesaurus adjudicatur. Ex dict. leg. Thesaurus autem inventus in loco omnino publico, & communi, ad nullius speciale dominium proprietatis spectante, quamvis pertineat ad dominum jurisdictionis aliquis principis, vel communitatis, ut sunt viae publicæ, plateæ, flumina & hujusmodi, totus videtur esse inventor, & non principis, vel communitatis. Ita Covarr. Regula Peccatum p. 3. §. 2. num. 3. citans pro se Baldum, Cynum, & alios, Sporer loc. cit. num. 174. Lessius l. 2. cap. 5. dub. 16. num. 63. La Croix l. 3. p. 2. n. 106. & alii, arg. §. Thesaurus 39. Institut. de rerum div. Et ratio est, quia quod antea nullius erat, naturali jure occupanti conceditur; Princeps autem, vel communitas non est dom. tallium locorum jure domini specialis, & proprietatis, de quo loquuntur leges, sed dominio jurisdictionis, & auctoritatis disponendi. Per ly enim verbum in loco publico cit. leg. §. Thesaurus, adduct. supra num. 36. non intelligitur via publica, forum, platea, flumen, vel similibus locus, qui proprie nullius est, cum similibus locus sit omnium usibus deputatus; sed intelligitur de loco, quem princeps specialis domini jure possidet, ut sylva, domus, ager, hortus & hujusmodi, alioquin dimidium non deberet dari civitati, ut ibi dicitur, sed potius principi, ut recte notat Lessius l. cit.

Thesaurus ex industria quæsitus, & inventus in loco sacro, vel religioso, inscio, aut invito prælato, fit ipsius prælati, vel ecclesiæ; Ex consensu autem, vel fortuito repletur dividendus est pro medietate inter inventorem, & prælatum, seu ecclesiam; arg. l. unica, C. de thesauris, & Institut. de rerum div. §. Thesaurus. Et ratio est, quia ecclesia censetur dominus talis loci, & ideo pariformiter discurrendum est de locis sacris, ac religiosis, quæ speciali domini jure possidentur, ac de aliis locis profanis sub speciali dominio aliquis existentibus. Thesaurus arte magica inventus in omni casu post sententiam Judicis adjudicatur fisco, vel in toto, si totus fuisset inventor, uti quando inventus fuit in fundo proprio, vel solum in illa parte, quæ inventori contingere debebat, uti quando inventus fuit fortuito, vel de consensu domini in fundo alieno, quia dominus loci ob maleficium alterius non

non debet suo jure privari, per cit. leg. unic. Cod. de Thesauris.

40 Sciens in agro alieno esse thesaurum, potest illum emere eodem pretio, ac si ibidem thesaurus non lateret, ac postea empto agro totum thesaurum tamquam verus dominus in conscientia retinere; Ita colligitur ex leg. à Tutore, ff. de reivindic. & tenet communis cum S. Thoma 2. 2. quæst. 66. art. 5. Soto lib. 6. de Just. p. 3. Molina disp. 36. Less. l. 1. c. 5. dub. 15. num. 62. Layman loc. cit. c. 5. num. 23. Sporer l. cit. num. 175. Et ratio est, quia eruit postea thesaurus ex proprio fundo, nec tenebatur priori domino indicare ipsum, non enim ei fecit injuriam, cum emerit, ut supponitur, agrum illum secundum communem estimationem, ad quam estimationem nihil facit thesaurus, cujus nulla habetur suspicio. (Nihil hic prænotandum venit, cum legere sufficiat addit. hispan. post n. 45. hic appositam, ubi lex 45. extensa manet, quæ huic consonat doctrinæ; adeo ut, est leges tit. 12. lib. 6. Ord. Reg. cum aliquis tit. 13. lib. 6. Recop. Cast. ad idem tendant, priores determinationes ullam vim sustinebunt, posterioribus attentis. Conducunt que in notis. add. hisp. verb. Appellatio, pag. 157. vers. Ubi discrimen: & verb. Arbitr. pag. 210. vers. Circa secundum: in princip.)

41 Emenis rem mobilem, in qua thesaurus latebat, etiam priori venditori ignotus, v. g. capsam ferro, vel plumbo plenam, in qua invenit aurum, vel aliud quidpiam pretiosum, cujus dominus omnino ignoratur, & proinde pro delictis habetur; ipsa inventioe acquirit sibi thesaurum totum, nec de eo, quidquam tenetur venditori restituere, quia invenit in resua; Venditor enim non fuit dominus illius thesauri, cum fuerit sibi omnino ignotus, adeoque nullum habet jus ad aliquid rependum ab emptore; quod autem thesaurus sit in terra, vel in mobili, nihil refert, cum utrobique lateat, & in eo statu in nullius dominio existat, & consequenter dum latebat, non fuit venditoris, sed fit emptoris, quando ab emptore invenitur. Unde si non ab emptore, sed ab alio inveniretur in illo ferro, aut plumbo empto, si fortuito inveniretur, media pars deberetur inventor, & media emptori; si ex industria inveniretur, deberetur totus emptori, per dicta, & jura adducta sub num. 28. & 29. ut optime resolvit Lugo 42 tit. 1. disp. 6. sec. 11. num. 129. Addit Lessius l. c. n. 62.

militem, qui hosti saccos lupulo refertos abstulit in quibus laminæ erant laminæ aureæ, & argenteæ condite, si postea saccos vendidit, non habere jus ad laminas, neque ad pretium pro illis exigendum, quia cum laterent, dum ipse dominus fuit saccorum, non acquisivit earum dominium.

Leges circa thesaurorum applicationem factæ non obligant in conscientia ante Judicis sententiam, quando sunt penales, qualis est illa de inventiente thesauro per artem magicam, & illa contra quærentes thesaurum in fundo alieno sine consensu domini, ut colligitur ex l. unica, Cod. de thesauris ubi de tali inventore dicitur totum hoc locorum domino reddere compellatur; ubi verbum compellatur satis indicat esse legem penalem, & non esse lætæ, sed ferendæ sententiæ, adeoque compulsionem Judicis esse expectandam. Alia autem leges quæ penales non sunt, obligant in conscientia etiam ante omnem sententiam Judicis, quia cum dispositio juris per tales leges sit definitiva, proprietatis rectam transferunt dominium justas ob causas in fisco, vel dominum fundi saltem quoad partem ante sententiam Judicis, adeoque ante ipsam sententiam Judicis sunt in conscientia observandæ tales leges non penales; & idem dicendum est de similibus legibus municipalibus, si alicubi sunt. Lugo loc. cit. num. 131. Lessius loc. cit. num. 59. Sporer loc. cit. num. 172. & alii passim. Advertendum tamen est, quod ea, quæ hæcenus dicta sunt de thesauris, procedunt secundum jus commune. Si autem in aliqua provincia sint aliquæ leges particulares, vel consuetudines hæc de re justæ sunt servandæ, ut recte Less. l. c. num. 66.

Jure naturali, seu gentium acquiritur rerum dominium nedum ex hucusque dictis per occupationem, sed etiam per Alluvionem; §. Præterea, Inst. de rerum div. Alluvio autem est duplex; alia dicitur latens, & alia patens. Alluvio latens, & proprie dicta alluvio est, quæ pars fundi unius paulatim, & insensibiliter, & ita latenter, ut vix notari queat, fundo alterius adjungitur. Alluvio patens est, quæ pars aliqua notabilis fundi unius vi fluminis in alterius fundum patenter transfertur. Sic in re communi. Augmentum fundi factum per alluvionem latentem, est ejus cui adjungitur; Augmentum autem factum per alluvionem patentem remanet illius, cujus

Cui competat thesauri inventi acquisitio, Auctor pertingit; at verò cum ferè conveniat antiquis nostris legibus, (1) nihil immorandum super ejus doctrinam; fiet equidem tantum mentio earum, quæ observantiam retinent, quum invenitur fodina.

Abque ulla distinctione stabilitum manet, auri, argenti, plumbi, hydrargyri, aut cujuscumque qualitatis metalli fodinas omnes ad Regiam artinere Coronam, ex patrimonioque simili considerari, tamquam in eo incorporatas; propterquod nullam sine regio beneplacito posse eas scrutari, est per se patens; (2) ideo nequit doctrina nostris resolutionibus adaptari, nisi in quantum leges provinciarum servandam esse demonstrant.

(1) L. 4. tit. 18. p. 3. Tesoros fallan los omes á las vegas en sus casas, é en sus heredades, por aventura, ó buscandolos. E porque podria caescer dubda cuyo debe ser: decimos que si el tesoro es tal que ningund ome non pueda saber quien lo y metió, nin cuyo es, gana el Señorío dello: é en su heredad. Fuera ende si lo fallase por encantamiento. Ca estonce todo debe ser del Rey: E si acacescie que alguno lo fallase en casa, ó en heredamiento ageno labrando, ó en otra manera qualquier si lo fallase por aventura non lo buscando él á sabiendas: estonce debe ser la meadad suyo, é la otra meadad del Señor de la casa, ó de la heredad do lo falló: mas si le fallase buscandolo él estudiosamente, é non por acacescimiento de ventura: estonce debe ser todo del Señor de la heredad, é non ha en ello el que lo así falla ninguna cosa. Eso mismo decimos que seria, si el tesoro fuese fallado en casa, ó heredamiento que perteneciese al Rey, ó al comun de algund Concejo.

(2) L. 9. tit. 13. lib. 6. Primeramente revocamos, anulamos, y damos por ningunas las Pragmaticas, y Ordenamientos hechos en Valladolid, y en Madrid, que son la ley quarta, y quinta de este titulo, y qualesquier Leyes y Ordenamientos, y Partidas: y queremos, y mandamos que en quanto á esto no tengan fuerza, ni

vigor alguno, quedando solamente en su fuerza, y vigor la ley quarta de este titulo, que trata de la incorporacion en nuestro Real Patrimonio de los mineros de oro, plata, y azogue: L. 4. ejusd. cap. 1. Primeramente reducimos, resumimos, é incorporamos en Nos, y en nuestra Corona, y Patrimonio todos los mineros de oro, y plata, y azogue destos nuestros Reynos, en qualesquier partes, y lugares que sean, y se hallen Realengos, ó de Señorío, ó Abadengos, agora sea en lo público, concegil, y valdio, ó en heredamientos, y partes, y suelo de particulares: L. 1. tit. 19. lib. 4. Ind. Es nuestra voluntad que todas las personas de qualquier estado, condicion, preeminencia, ó dignidad, Españoles, é Indios, nuestros vasallos, puedan sacar oro, plata, azogue, y otros metales por sus personas, criados, ó esclavos en todas las minas que hallaren, ó donde quisieren, y por bien tuvieren: habiendo dado cuenta al Gobernador, y Oficiales Reales: L. 3. tit. 1. lib. 2. ejusd. Los Virreyes de las Indias comuniquen con personas inteligentes, y experimentadas las leyes de estos nuestros Reynos de Castilla que disponen en materia de minas; y si hallaren que son convenientes, las hagan guardar, practicar, y executar en todos aquellos Reynos; como no sean contrarias á lo que especialmente se hubiere provuelto para cada Provincia:

prius erat, textu expresso in §. Præterea quod per alluvionem. *Instit. de rer. divis.*

49. Insula per alluvionem de novo nata, si sit nata in alto mari quod sub nullius dominio sit, est primo occupantis. Si autem sit nata in fluminis medio, fit eorum, qui utrinque e regione prædia habent, & sic debet dividim inter eos. Si vero insula fuerit propinqua uni ripæ, quam adverte, erit tota domini illius ripæ propinquo- ris. Si fluvius ita dividatur, ut ex uno agro, qui erat in ripa, insulam faciat, talis insula erit illius, cujus erat ager: Si vero fluvius alveo derelicto divertat per aliam partem, alveus antiquus accrescit illi, qui agros utrinque habent, & inter ipsos est dividendus; Alveus vero novus ita fit publicus, vel ejus cujus est fluvius, ut si post longum tempus iterum redeat fluvius ad primum suum alveum, non redeat alveus ad dominos, quorum antea erat, sed accrescit illi, qui utrinque agros habent, textu expresso in §. 20. & *reg. Inst. de rerum divisione.*

50. Lugo l. cit. num. 155. Sporet l. cit. num. 222. Incrementum alluvionis quoad substantiam fit domini proprietarii fundi, cui accedit. Quoad usufructum autem, si sit incrementum latens, accrescit usufructuario, si vero sit incrementum patens, accrescit domino proprietario. Sic expresse habetur l. Item, de usufructu. Excipiuntur tamen feudatarii, & emphyteute, quibus accrescit utrumque incrementum alluvionis, scilicet, & incrementum latens, & incrementum patens, ut communius tenent Doctores cum Cardinali de Lugo l. cit. numer. 156. & duobus sequentibus, & Molina disp. 59. Sporet loc. cit. num. 223. (Doctrina ex numer. 46. nunc usque relata cum leg. 26. 27. 28. 29. 30. 31. & 32. tit. 28. part. 3. convenit.)

51. Jure gentium acquirunt rerum dominium etiam per Specificationem, §. 25. *Instit. de rerum div.* Per specificationem autem hic intelligitur nova formatio, seu introductio novæ formæ in materiam, ita ut dicatur produci quasi nova species, quando ex lana fit pannus, ex tabula fit navis, ex uvis fit vinum, ex argento fit vas, & hujusmodi. Ad specificationem autem per acquirendum dominium, non sufficit aliquid quomodo cumque accidentaliter immutari, sed requiritur talis immutatio, ut in commercio humano habeatur pro nova re, novo nomine substantivo appellata, ut cum ex lana fit pannus, lana enim per talem specificationem, seu introductionem novæ formæ, scilicet panni, desinit vocari lana, & vocatur pannus; Si enim lana mutaretur solum accidentaliter, si de alba feret nigra, non esset specificatio, nec mutaretur ejus dominium, sed remaneret adhuc prioris sui domini, l. 26. §. ult. ff. de acquir. rer. dom.

52. Hinc si quis ex aliena materia faciat speciem, quæ semel facta non possit reduci ad priorem materiam, acquirit dominium illius speciei; quia enim v. g. vinum ex uvis factum non potest reduci ad uvas, si quis expresserit vinum ex uvis alienis, acquirit vini dominium, sed domino uvarum competit actio personalis contra illum. E contra si quis ex aliena materia faciat speciem, quæ possit iterum reduci ad priorem materiam, non acquirit dominium illius speciei, sed dominium manet apud illum, cujus fuit materia, quia enim v. g. vas ex argento factum potest iterum resolvi in argentum, si quis fecerit vas ex argento alieno, dominium manet penes dominum argenti, & ei competit actio etiam realis ad vas illud, §. 25. *Instit. de rer. divis. lib. 7. §. 7. ff. de acquirend. rerum dom. (leg. 23. & 24. tit. 28. part. 3.)*

53. Jure gentium acquirunt rerum dominium etiam per Accessionem: Accessio autem seu adjunctio dicitur, quando res unius accedit, vel adjungitur rebus alterius per humanam laborem, vel industriam, ut oratione, in ædificatione, in plantatione, ratione, scriptio- ne, pictura; Unde quando res unius accedit, seu conjungitur rei alterius, totum ex utraque re compositum, jure Accessionis spectat ad dominum rei præsuppositæ, & principalis; l. Cum aurum 19. §. perveniamus 13. de auro, & argento, & ratio est, quia ex regula 42. Juris in 6. Accessorium naturam sequi congrui principis

palis. Hinc si annulo accedat, seu conjungatur gemma, si vesti intextatur purpura, gemma, & purpura spectant ad dominium illius, cujus erat annulus, & vestis; quamvis illa adjecta essent pretiosiora, textu expresso in §. Si tamen, *Instit. de rerum divis.* Remanet tamen ipsi obligatio reddendi alteri æstimationem rei suæ, sive bona, sive mala fide usurate ut docent communiter. Immo volunt, quod si illud, quod accedit, seu adjectum est, possit absque detrimento, seu læsione rei principalis separari, debeat separari, & suo domino in specie petenti reddendum sit.

54. Sic jure Accessionis si quis in suo fundo ex aliena re ædificaverit, is fit dominus ædificii, quia omne, quod solo inædificatur, solo cedit tamquam principali; diruto tamen ædificio, materiæ dominus eam vindicare poterit, nisi antea ipsi pro materia satisfactum sit, textu expresso in *Instit. de rerum divis. §. 29. ibi: "Cum in suo fundo aliquis ex aliena materia ædificaverit, ipse intelligitur dominus ædificii, quia omne quod solo inædificatur, solo cedit; nec tamen is, quia materiæ dominus fuerat, desinit dominus ejus esse, sed tantum per, neque vindicare eam potest, neque ad exhibendum de ea re agere propter legem 12. tabularum, quæ cavetur, ne quis tignum alienum ædibus suis junctum eximere cogatur, sed duplum pro eo præstet per actionem, quæ vocatur, de tigno juncto; appellatio autem tigni, omnis materia significatur, ex qua ædificia fiunt; quod ideo provisum est, ne ædificia rescindi necesse sit; quod si aliqua ex causa dirutum sit ædificium, poterit materiam dominus, si non fuerit jam duplum consecutus, tunc eam vindicare;" & concordat l. Adeo ff. de acquirend. rer. dom. E contra vero si quis in alieno solo sua materiæ ædificaverit, ædificium erit illius, cujus est solum; Et si talis ædificans scivit solum esse alienum, nihil pro opera, & materia sua repetere poterit in foro externo, etiamsi ædificium diruatur, quia aut donasse, aut temere ædificasse censetur; ut. *Instit. de rerum divisione. §. 30. ibi: "Ex diverso si quis in alieno solo ex sua materia ædificaverit, illius sit domus, cujus & solum est, sed hoc casu materiæ dominus proprietatem ejus amittit, quia voluntate ejus intelligitur alienata, utique si non ignorabat se in alieno solo ædificare, & ideo licet diruta sit domus, materiam tamen vindicare non potest;" & concordat cit. l. Adeo de acquirend. rer. dom. Ex æquitate tamen etiamsi mala fide in alieno fundo ædificaverit, potest repetere pretium materiæ, & expensarum, ut ei conceditur l. 38. ff. de pet. hered. & recte docet Haunoldus de just. & jur. num. 142. Illung. l. 4. de 2. num. 271. & alii; arg. l. 2. Cod. de rei vindicatione. Et a fortiori si bona fide ignoraverit solum esse alterius, ipsa bona fides, vel æquitas non patitur, ut fundi dominus cum alterius ædificantis detrimento locupletetur, quare pretium materiæ, & operarum solvere tenetur; cap. leg. 38. ff. de pet. hered. & citat. leg. 2. Cod. de rei vind.**

55. Sic etiam jure Accessionis si quis alienam plantam in suo fundo posterit, & ea radices egerit, fit statim sua, cum planta licet aliena, accedat solo, quod est suum. E contrario, si quis suam plantam in alieno solo posuerit, statim ac ibi radices egerit, fit illius, cujus est solum, textu expresso in §. Si Titius 31. de rerum divisione, ibi: "Si Titius alienam plantam in solo suo posuerit, ipsius est, & diverso si Titius suam plantam in Mævii solo posuerit, Mævii planta erit, si modo utroque casu radices egerit; ante enim quam radices egerit, ejus permanet cujus fuerat, adeo ut si vicini arbor in terram Titii posuerit, ut in ejus fundum radices egerit, Titii effici arborem dicamus; ratio enim non permittit, ut alterius arbor esse intelligatur, quam cujus in fundum radices egerit; & ideo prope confinium arbor posita, si etiam in vicini fundum radices egerit, communis sit;" & concordat cit. l. Adeo §. fin. de acquirend. rer. dom. Sic 61. si arbor in confinio posita in duorum dominorum fundo radices egerit, æqualiter communis erit ambobus, mox cit. §. Si Titius 31. de rer. divis. & cit. l. Adeo §.

§. final. de acquirend. rer. dom. adeoque fructus colligendi debent æqualiter dividi. Sponte vero decedentes in fundo, erunt domini fundi. Layman l. cap. num. 12. Sporet loc. cit. num. 132. & alii passim. Arbor vicina ut fiat tua, non est satis quod radices aliquas, & etiam aliquos ramos projicit in fundum tuum, sed requiritur ut origo, seu truncus in tuo fundo crescat, l. 6. §. 2. ff. Arborum furtim casarum; Unde non licet tibi spicidare radices & ramos se nimum prorrigentes, sed datur tibi actio contra alterum, ut vel ipse tollat vel dampnum compenset, quod si monitus facere neglexerit, poteris tu succidere, & ibi tollere; l. 1. & 2. de arbor. cadendis. Layman l. cap. n. 21. Sporet loc. cit. num. 233. & alii. ¶ Privata auctoritate succidere non licet; sed recurrendum est ad iustitiam, qui sua id sententia, secundum legem decernat; juxta ea quæ supra notavimus de possessore agentes (Vid. add. hisp. verba Pasqua, vers. Super Pascuorum:)

62. Sic etiam jure Accessionis frumenta sata in fundo alieno fiunt illius, cujus est fundus; textu expresso in §. 32. *Instit. de rer. divis. ibi: "Qua ratione plantæ, quæ terræ coalescunt, solo cedunt, eadem ratione frumenta quoque, quæ sata sunt, solo cedere intelliguntur. Additur autem si bona fide severit, posse impensas repetere; & contra si severit mala fide. La Croix lib. 3. p. 2. num. 133. Sporet loc. cit. num. 231. Lzysmanloc. cit. num. 21.*

63. Ex æquitate tamen, etiamsi mala fide severit, potest repetere pretium materiæ, & expensarum, secundum æstimationem utilitatis, ut volunt Haunoldus de just. & Jur. num. 145. Illung. tom. 4. d. 2. num. 2. num. 271. & alii per leg. 38. ff. de pet. hered. arg. l. 2. Cod. de rei vindicat. Sic etiam jure Accessionis scripturæ, seu literæ, etsi aures sint, chartis, vel membranis cedunt; Unde si in charta Petri historiam Paulus scribat, ejus operis erit dominus Petrus; Impensas tamen scripturæ Petrus solvere debet Paulo, si bona fide ejus charta sit usus; §. Literæ 33. *Instit. de rer. divis. ibi: "Literæ licet aures sint perinde chartis membranisque cedunt, ac solo cedere solent ea, quæ inædificantur, aut inseruntur;" & concordat lex Qua ratione §. littera, ff. de acquirend. rerum dom. Hodie tamen quia charta vilis est pretii, consuetudo prævaluit ut charta cedat scripturæ, etiam si mala fide esset conscripta; & Scripitor vero tunc conveniri potest diruta furti in duplum præter æstimationem chartæ; Si autem bona fide fecerit, satis erit restituere æquale ejus pretium; Haunoldus loc. cit. num. 147.*

64. Illung. loc. cit. num. 272. & alii. Sic etiam jure Accessionis pictura vilior quam tabula valde pretiosa, ut argentea in accessionem tabule venit, & tabula picta ad suum primum dominum spectat soluto tamen pretio picturæ ipsi pictori, si bona fide pinxit, aliàs de jure nihil. Sic pariter si picturam cuiusque rei, quamvis viliori, quis adjiciat ornandi causa, ut si super alterius mensa pingatur Ver, Æstas, Autumnus, pictura mensæ cedit, quia ejus gratia facta est, ut ornator compareat, & sic de similibus. Paul. Jurisconsult. l. 23. §. 3. ff. de rei vindicat. Layman loco citat. num. 21. Sporet loco citat. num. 227. & alii. Si autem pictura pretiosior sit quam tabula, ut plerumque accidit, tunc tabula cedit picturæ, quia quod minus principale est sequi debet id quod est principale. *Instit. de rer. divis. §. 34. ibi: "Ridiculum est venim inquit Justinianus picturam Appellis vel Parrhasii in accessionem vilissimæ tabulæ cedere;" Adest tamen obligatio restituendi domino pretium tabule. Layman loc. cit. num. 21. Sporet loc. cit. num. 227. & alii (Comprobantur præcedentia ex leg. 35. 36. 37. 38. 39. 42. 43. & 44. ejusd. tit. 28. part. 3. De vinearum, arborumque plantatione lex. l. tit. 4. lib. For. Reg. etiam pertingit.)*

65. Jure gentium acquirunt rerum dominium etiam per Confusionem, & Admixturem. Confusio est, quæ res unius rei alterius ita conjungitur, ut non possit discerni pars unius a parte alterius, ut v. g. cum vinum unius miscetur cum vino alterius. Est in re communis, 72. Admixtio est, quæ res unius ita conjungitur rei alterius, ut possit physice pars unius assignari, quamvis

non possit faciliter dignosci, ut cum triticum, aut pecunia unius miscetur cum tritico, aut pecunia alterius. Est etiam in re communis. Ubi vides, quod Admixtio in hoc differt à confusione, quod in Admixtione corpora separata inter se manent secundum substantiam, quodlibet enim granum unius manet distinctum à grano alterius, & de singulis verum est dicere, hoc granum non fuit utriusque, licet necum propter similitudinem discernere non possumus, cujus fuerit. In Confusione vero corpora non manent separata, sed in unum coeunt; vinum enim unius ita confunditur cum vino alterius, ut facta confusione nulla pars assignari possit, quæ non habeat aliquid de utroque, §. Quod si frumentum *Instit. de rer. divis.* ad dignoscendum ad quem in Confusione, & Admixtione rerum spectat earum dominium, traduntur sequentes regulæ.

Prima regula pro confusione est, quod si duorum dominorum materiæ utriusque consensu, vel utroque inscio, aut casu confuse sint, totum corpus, aut confiatum ex ipsis est dividendum pro rata; *Instit. de rer. divis. §. Si duorum 27. Secunda est, quod si uno solo volente, altero nolente, aut nesciente, materia utriusque confusa sit, dominium totius constari erit illius, qui posuit operam & majorem partem materiæ; & ratio est, quia major pars trahit ad se minorem, secundum l. 23. §. 4. ff. de rei vindicat. & ex reg. 42. Juris in 6. Accessorium naturam sequi congrui principalis. Remanet tamen obligatio reddendi æstimationem pretii materiæ illius. Sic pariformiter prima regula pro Admixtione est, quod si species duorum dominorum v. g. frumenta ex utriusque voluntate miscantur, talis cumulus efficitur utrique communis, quia ex consensu utriusque singula v. g. grana quæ cujusque propria fuerant, mutuo communicantur; *Instit. de rer. divis. §. Quod si frumentum. Secunda est, quod si casu ea commixtio facta sit, aut unus miscuerit sine alterius consensu, talis cumulus non fit communis, quia singula corpora in sua substantia durant, ac proinde si ab altero tantum totum frumentum detineatur, competet alteri actio in rem pro modo cujusque frumenti: unde Judex arbitrari debet, quale cujusque frumentum fuerit, ut videat quid singulis ex illo cumulo debeatur. *Instit. de rer. divis. cit. §. Quod si frumentum.***

Pro acquirendo tamen dominio alienæ pecuniæ per admixtionem cum propria, speciale quid videtur statutum in leg. Si alieni nummi 78. de solutionibus, ubi sic habetur: *Si alieni nummi inscio vel invito domino, soluti sunt, manent ejus cujus fuerant;* (intellige itaque admixti fuerint cum propriis) *si mixti essent ante ut discerni non possint, ejus fieri, qui accepit, in libro Gaji scriptum est, ita ut actio domino cum eo, qui dedisset, furti competeret.* Ubi ut vides, determinatur, quod pecunia etiam inscio, vel invito domino cum alia admixta transeat in dominium alterius volentis totam habere ut suam, quod in simili de frumento expresse negare videtur Justinianus in cit. §. Quod si frumentum; *Instit. de rer. divis.* Hinc non parum laborant Doctores in assignanda disparitate, & ratione, quare pecunia etiam inscio, vel invito domino commixta transeat in dominium accipientis post commixtionem, & non sic grana frumenti, & alia mixtilla. Congruentia tamen esse potest, quia majus periculum est in nummis, qui sunt in quotidianis commerciis, unde multo difficultates oriri possent, si eorum dominium, quando miscerentur, maneret ita incertum. Tum quia nummi à publica æstimatione suam habent valorem atque statim ac expenduntur, & commiscerunt, intelliguntur consumpti, quia ut dicit Glossa in citat. leg. Si alieni nummi, eorum mixtio habet vim consumptionis; non sic autem de grana frumenti aliis permixtis, & hujusmodi mixtillis; & sic tenet una Doctorem sententia.

Alia autem Doctorem sententia communior, & probabilior tenet, pro acquirendo rerum dominio per Admixtionem eandem esse rationem de pecunia, ac de frumento mixto, & hujusmodi mixtillis; & pro discernendo ad quem spectet dominium pecuniæ, frumenti, aut alterius similis mixtillis, quando mixtio facta est

uno volente, & altero nolente, aut nesciente, tradit sequentes segulas. Prima est, quod qui rem alienam quacumque quantitate miscuerit, habens præsumptam, vel expressam voluntatem non acquirendi dominium partis admixtæ, non acquirit dominium totius cumuli; sed pars admixta remanet adhuc sub dominio sui pristini domini; & tunc quia nequeunt discerni, quæ partes sint unius, & quæ alterius, spectat ad Judicem dare singulis ex illo cumulo, quod eis pro rata competit; coligitur ex §. Quod si frumentum, Institut. de rer. divi. Et ratio est, quia dominium non acquiritur sine voluntate acquirendi, & nunc præsuntur talem admixcentem alienam rem, vel pecuniam cum sua, non habere voluntatem acquirendi ejus dominium, adeoque per meram admixtionem ipse admiscens non acquirit rei admixtæ dominium; aliter sequeretur, quod si aliquis amicus det alicui Religiosus rem, seu pecuniam custodiendam, & ipse Religiosus cum sua conjungat, & misceat, ut utramque simul sub clavi æquali cura custodiat, & peccet contra votum paupertatis, si hanc mixtionem absque licentia sui Prelati faciat, quia per mixtionem acquirit de novo dominium illius novæ pecuniae; quam acquisitionem facere non potest absque licentia Prelati. Hoc autem durum videtur, & contra praxim, ac sensum commune; nemo enim putat se magis indigere licentia ad custodiendam illam pecuniam simul cum sua, quam custodiendam in loco separato, adeoque non perdit antiquus dominus dominium suæ pecuniæ, eo ipso quod ab alio cum sua admisceat, ut recte Lugo loc. cit. num. 162. Nec contradicit lex. Si alieni nummi, quia ut observat Sporer loc. cit. 146. loquitur in casu regulæ immediate.

81 Secunda igitur regula est, quod qui rem alienam, seu pecuniam, seu frumentum, seu aliud quid simile miscuit rei suæ majoris quantitatis, habens expressam, vel implicitam saltem voluntatem acquirendi dominium totius cumuli, re ipsa acquirit dominium totius cumuli, si nimirum partes commixtæ amplius discerni nequeant, prout semper supponitur; Et in hoc sensu intelligenda & accipienda est l. Si alieni nummi, quæ lex dicit quidem per admixtionem cum sua pecunia fieri etiam suam pecuniam alienam, etiam furivam, quæ ipsi miscenti pro solutione debiti data fuit; at tunc, ut constat, adest pro acquirendo tali domino voluntas, seu intentio ipsius miscentis, quia ea voluntate, seu intentione pecuniam alienam etiam furivam pro solutione debiti acceptam, commiscet suæ indiscernibiliter, ut sic totum cumulum tamquam suum possideat, quæ voluntate, seu intentione posita dicimus per admixtionem acquiri dominium cujuscumque rei admixtæ. Sic Lugo l. c. n. 167 Sporer loc. cit. num. 247. & alii. Hinc qui pecuniam vel quamvis rem alienam ab ipso furatam vel ab alio fure mala fide acceptam ita cum propria commiscuit, ut discerni amplius nequeat; acquirit totius cumuli dominium. At remanet cum obligatione resarciendi totum damnatum domino pecuniæ, quia licet res alterius per admixtionem cum sua transierit in dominium admiscitis, ita ut non teneatur rem restituere in individuo; teneatur tamen restituere æquivalentem uti quando rem alterius consumpsit. Sic Lugo loc. cit. num. 172.

84 Sporer loc. cit. & alii. Qui vero pecuniam furivam accepit bona fide in solutionem alicujus debiti v. g. ut pretium pro merce vendita, & sic bona fide cum sua pecunia commiscuit, postea comparente domino pecuniæ ad nihil tenetur; Non enim ratione injuste acceptionis, cum bona fide accepit, neque ratione rei acceptæ, quia res accepta jam per admixtionem moraliter consumpta est, & perinde se habet, ac si expendisset: nec denique tenetur quantum factus est ditior, cum ea occasione nil prorsus acquisierit lucri, sed habeat solum quod sibi aliàs debeatur, & in hoc potissimum casu loquitur dicta lex: Si alieni nummi, ff. de solutionibus. Qui autem pecuniam furivam bona fide accepit gratis, vel lucrative v. g. ex donatione, legato &c. ita commisceat cum sua, acquirit quidem dominium ipsius, ita ut non teneatur eam restituere in individuo, sed tenetur domino restituere in æquivalentem,

re, quia ex pecuniâ aliena factus est ditior, quoad illud augmentum, adeoque debet ea de causa restituere domino pecuniæ totum illud augmentum pecuniæ quod habet. Sic Lugo loc. cit. num. 170. Sporer l. c. n. 254. & alii passim.

(Quæ prænotata ab Auctore tractantur, in nullo alio nituntur fundamento quam in Reg. 17. tit. 34. p. 7. in qua assertivè proponitur, neminem posse cum alterius factura locupletari; Vid. add. hisp. noviss. verb. Depositorum, pag. 63. vers. Ut præcedentibus: in fin.)

Jure gentium acquiritur rerum dominium etiam per fructuum perceptionem; possessor enim bonæ fidei Jure gentium fructus facit suos, nec eos consumptos tenetur restituere vero domino, si is postmodum comparuerit, & fundum eviceit; Quamvis secus sit de possessore malæ fidei, nam is etiam fructus perceptos cogitur restituere; Sic habetur expresse in §. Si quis à non domino, Institut. de rer. divi. ibi: "Si quis à non domino, quem dominum esse crederet, bona fide fundum emerit, vel ex donatione, aliavè qualibet justâ causa, æque bona fide accepit, naturali ratione placuit, fructus, quos percepit, ejus esse pro cultura, & cura; Et ideo si postea dominus supervenerit, & fundum vindicet, fructibus ab eo consumptis agere non potest; Et vero, qui alienum fundum sciens possederit, non id concessum est, itaque cum fundo, etiam fructus, qui consumpti sunt, cogitur restituere" (Vid. leg. 39. 40. 41. 42. 43. & 44. præcit. tit. 28. part. 3. quæ pene in totum conveniunt. Ad rem multum conducunt leg. 37. tit. 14. part. 5. tit. 14. part. 6.)

Hactenus egimus de rerum dominio, quod acquiritur jure naturali, seu gentium, nunc hic restaret agendum de rerum dominio, quod acquiritur Jure civili, atque canonico, & de rerum dominio, quod acquiritur Jure particulari privati alicujus contractus seu conventionis. At quia rerum dominium quod acquiritur Jure civili, atque canonico contingit potissimum mediante præscriptione, atque usucapione, utpote, quæ ad magis conservandam pacificam hominum conversationem, præcludendasque infinitas lites, per leges tum civiles, tum ecclesiasticas fuit introducta, & constituta; Ideo de hoc modo acquirendi rerum dominium Jure civili, atque canonico, agetur sub dicto verbo Præscriptio, seu Usucapio. Vide ibi. Et quia rerum dominium, quod acquiritur jure particulari privati alicujus contractus, seu conventionis contingit per varios speciales contractus, seu conventiones, uti per emptionem, donationem, & hujusmodi; ideo de hoc modo acquirendi rerum dominium Jure particulari privati alicujus contractus, seu conventionis, agetur sub dictis verbis Emptio, Donatio, & hujusmodi. Vide ibi.

¶ Modi, quibus olim dominium privatum inductum est, & potest etiam induci, in originarios & derivatos non male dividi queunt. Primi sunt occupatio, & accessio. Secundi vero divisio, cæssio, & traditio. At de singulis hisce modis agere non est hujus loci. Adessis Genevens. de Princip. leg. natur. cap. 5. fer. per totum etiam Samuel. Coccei dissert. proam. ad Grot. 12. lib. 4. cap. 3. §. 251. ad plures seq. qui & de modis, quibus dominium amittitur, agit. §.

DONATIO.

ARTICULUS I.

Donatio quoad ejus naturam, divisionem, & effectum.

SUMMARIUM.

- 1 Donatio unde dicta, & quomodo definienda est, ad num. 2.
- 3 Donationis quæ divisiones, & quæ, ad num. 9.
- 10 Donationis inter vivos, & mortis causa, definitio clarior utque accuratior: ad num. 11.

12 Donatio causa mortis quot, & quibus modis, & quo tempore fieri possit, ad num. 13.

14 Quot, & quibus de causis eadem expirat, ad num. 13.

19 In quibus potissimum differat à donatione inter vivos, ad num. 31.

22 Quæ requirantur ad utriusque donationis valorem, ad num. 25.

26 Donatio facta ecclesie utrum obliget, quamvis non acceptata.

27 Quæ donationes non insinuatæ apud Judicem irritentur, quæ vero non, ad num. 37.

38 An possit donatio legis præscriptum excedens tuta conscientia retineri.

39 Donatio verbalis utrum, & quando obliget donatorem, contra quem an detur actio, & qualis, ad num. 43.

44 Additiones ex aliena manu inseruntur.

DONATIO ex etymologia nominis; teste Jurisconsulto in leg. Senatus 35. §. 1. ff. de mortis causa donationibus, dicitur à dono, quasi doni donatio. Donatio bene describitur à Scotto in 4. dist. 1. quest. 2. §. Secundo potest, dicens: Donatio est datio mere liberalis; seu, ut alii loquuntur, donatio est translatio domini alicujus rei per actum mere liberalem in alium facta. Et ut communiter definiti solet apud Hostiens. in Summ. de donationibus, & ab Abbate ad rubr. de donation. Donatio est rei licite (id est, donari non prohibite), nullo jure cogente, ex mera liberalitate facta collatio, seu datio; & sic colligitur ex leg. Donare 29. ff. de donationibus & leg. Donari 28. ff. de Reg. Juris.

3 Donatio dividitur primo in donationem verbalem, & in donationem realem. Donatio verbalis, quæ donatio imperfecta dicitur, est illa, quæ quis per verba de presenti jam actu donat rem alteri, sed actu eam rem ipsi non tradit, utpote forsitan absenti, vel donanti ad tempus adhuc necessaria; ut cum dico v. g. dono tibi hunc librum, illum equum; sed quia vel equus est absens, & liber adhuc pro aliquo tempore est mihi necessarius, non traditur actu, & per hoc remanet donatio imperfecta, ex quo non convenit ei dicta definitio desumpta ex Jur. leg. Donare 29. ff. de donationibus; & leg. Donari 28. ff. de Reg. Juris; non enim est datio seu collatio, ut loquitur ipsa definitio. Donatio realis, quæ donatio perfecta dicitur, est illa, quæ donans rem alteri, & actu donat, & simul in effectu tradit; ut cum dico, dono tibi hunc librum, & actu ipsum tibi trado, & per hoc redditur donatio perfecta; quia rei donatæ dominium, seu jus in re perfectum naturaliter, civiliter & simul legitima possessio traditur actu donatorio à donatore, uti exigit desumpta ex citatis juris definitio.

5 Secundo dividitur in donationem mere gratuitam, seu liberalem, & in donationem remuneratorem. Donatio mere gratuita, seu liberalis est illa, quæ fit seclusa omni prorsus obligatione tam justitiæ, quam gratitudinis ex parte donantis, & absque ullo merito donatarii, sed tota quanta fundatur in liberalitate donantis. Donatio remuneratoria est illa, quæ fit ex aliqua obligatione non quidem justitiæ, sed gratitudinis ex parte donantis, ob præcedentia merita donatarii, id est ad remunerandum aliquod beneficium à donatorio acceptum, & hæc impropre est donatio; Unde à vera, & propria donatione excluditur illa, quam quis facit magistro suo, cum sit potius remuneratio obsequii, & officii, quam liberalis datio; leg. Aquilius 27. ff. de donationibus. Tertio dividitur in donationem puram, seu absolutam, & in donationem non puram seu conditionatam. Donatio pura seu absoluta est illa, quæ aliquid simpliciter absque ulla limitatione, vel conditione donatur. Donatio non pura, seu conditionata est illa, quæ aliquid simpliciter donatur sub certa aliqua conditione, ut dono tibi hunc equum, si hoc, vel illud facias, & hæc etiam non dicitur proprie donatio, quia donatio propria debet esse facta propter solam, & meram liberalitatem donantis; leg. 1. ff. de donationibus. (Proam. & leg. 1. 4. 5. 6. 7. tit. 4. part. 5.)

9 Quarto dividitur in donationem inter vivos, & donationem mortis causa. Utraque hæc donatio sic definitur in Jure leg. 1. Senatus §. 2. ff. de mortis causa donationibus; Donatio inter vivos est, cum is, qui donat, mavult habere illum, cui donat, quam se; Donatio mortis causa est, cum habere quis se mavult, quam cum, cui donat; magisque eum, cui donat, quam heredem suum. Optimæ quidem definitiones; sed quia obscure, sic clarior dantur. Donatio igitur inter vivos est, quæ sine mentione, cognitione, aut suspitione mortis fit, vel fieri potest; §. Aliæ autem 2. Institut. de donationibus; Toties enim censetur donatio inter vivos, quoties absolute quis donat actu aliquid alteri absque illa mentione, vel suspitione mortis suæ, aut sine omni simili addito, sive tunc sit sanus, sive ægrotus, ac moribundus, etiam in ipso testamento, vel codicillo, dummodo animus sit jam statim transferendi dominium in donatarium acceptantem per se, vel per alium legitime suas vires gerentem; quia etiam infirmus, vel in periculo mortis constitutus vere donare potest inter vivos; si enim alijunde non expressit, inter vivos donavit, ut ex Molina, & aliis recte observat Tambur. lib. 9. tract. 10. de donat. cap. 2. §. 1. num. 9. arg. leg. Seja 42. §. 1. ad fin. ff. de donat. 11

Donatio mortis causa est illa, quæ intuitu mortis, & expressa cum mentione ejusdem fit, ut colligitur ex §. 1. Institut. de donat. ubi sic dicitur: Mortis causa donatio est, quæ propter mortis fit suspitionem. Dicitur autem notantem cum expressa mentione mortis, quia quando nulla fit mentio mortis, præsumitur donatio inter vivos, etiamsi interne intuitu mortis donare intenderit, ipsamque donationem in summo mortis periculo fecerit donator, ut tenet communis Doctorum, arg. cit. leg. Seja 42. §. 1. ff. de donationibus. Hinc pro exemplo inferunt, quod si Petrus v. g. in mortis articulo constitutus, dicat absolute sine ullo addito, dono Paulo centum hos aureos, illum equum, & hujusmodi, ista est donatio inter vivos, quia nulla fit mentio mortis. Si vero Petrus dicat, quia video me brevi moriturum, vel quia omnes moriemur, vel quia & ego aliquando mori debeo, dono paulo centum aureos, meum equum, & hujusmodi; ista est donatio mortis causa, quia ob expressam mortis mentionem clare patet, donantem intuitu & consideratione mortis donasse.

Donatio mortis causa potest fieri tribus modis, qui 12 referuntur in leg. 2. ff. de mortis causa donationibus, ibi: Tres esse species mortis causa donationum, Julianus ait; Unam quæ nullo presentis periculo metu conterritus, sed sola cogitatione mortaliter donat. Aliam esse speciem mortis causa donationum, ait, cum quis imminente periculo commotus ita donat ut statim fiat accipientis. Tertium esse genus donationis, si quis periculo motus non sic donat, ut statim fiat accipientis, sed tunc demum cum mors fuerit sequuta. Ubi vides, quod donatio mortis causa fieri potest non tantum in evidenti, & presenti, sed & in futuro mortis periculo, & in quavis infirmitate; Immo etiam tempore perfectæ sanitatis, dummodo intuitu mortis fiat, & mentio mortis expressa habeatur; ut tenet communis Doctorum per mox cit. leg. 2. ff. de mortis causa donat. & per leg. Senatus 35. §. 4. ff. ead. ubi sic habetur: Mortis causa donatio fit multis modis. Aliæ extra suspitionem alicujus periculi à sano, & in bona valetudine posito, & cui ex humana sorte mortis cogitatio est; Aliæ ex metu mortis, aut ex presenti vite periculo, aut futuro, siquidem terro, marique, tam in pace, quam in bello, tam domi, quam militia multis generibus periculum mortis metui potest. (Vid. supr. citat. cum leg. 6. tit. 12. lib. 3. For. Reg. 11. tit. 4. p. 5. 1. tit. 9. lib. 5. Ord. Reg. 7. tit. 10. lib. 5. Recop. Cast. per eas antecedentia comprobantur.)

Donatio mortis causa expirat, seu tacite revocatur 14 quatuor modis, ut desumitur ex §. 1. Institut. de donationibus. Primo expirat ipso jure, cum cessat infirmitas, seu mortis periculum, occasione & intuitu cuius donatio facta est, cit. §. 1. Institut. de donat. ibi: Sin autem supervixerit is, qui donavit, recipere. Secundo, expirat 15 ipso jure, cum donatarius moritur ante donatorem, cit. §. 1. Institut. de donat. ibi: Aut prior deceperit, cui donavit; concordat lex Si vir uxori, §. uxor vivo, ff. de donat. inter vir. & uxor. Tertio cessat ipso jure, cum do-

tur in Jure leg. 1. Senatus §. 2. ff. de mortis causa donationibus; Donatio inter vivos est, cum is, qui donat, mavult habere illum, cui donat, quam se; Donatio mortis causa est, cum habere quis se mavult, quam cum, cui donat; magisque eum, cui donat, quam heredem suum. Optimæ quidem definitiones; sed quia obscure, sic clarior dantur. Donatio igitur inter vivos est, quæ sine mentione, cognitione, aut suspitione mortis fit, vel fieri potest; §. Aliæ autem 2. Institut. de donationibus; Toties enim censetur donatio inter vivos, quoties absolute quis donat actu aliquid alteri absque illa mentione, vel suspitione mortis suæ, aut sine omni simili addito, sive tunc sit sanus, sive ægrotus, ac moribundus, etiam in ipso testamento, vel codicillo, dummodo animus sit jam statim transferendi dominium in donatarium acceptantem per se, vel per alium legitime suas vires gerentem; quia etiam infirmus, vel in periculo mortis constitutus vere donare potest inter vivos; si enim alijunde non expressit, inter vivos donavit, ut ex Molina, & aliis recte observat Tambur. lib. 9. tract. 10. de donat. cap. 2. §. 1. num. 9. arg. leg. Seja 42. §. 1. ad fin. ff. de donat. 11

Donatio mortis causa est illa, quæ intuitu mortis, & expressa cum mentione ejusdem fit, ut colligitur ex §. 1. Institut. de donat. ubi sic dicitur: Mortis causa donatio est, quæ propter mortis fit suspitionem. Dicitur autem notantem cum expressa mentione mortis, quia quando nulla fit mentio mortis, præsumitur donatio inter vivos, etiamsi interne intuitu mortis donare intenderit, ipsamque donationem in summo mortis periculo fecerit donator, ut tenet communis Doctorum, arg. cit. leg. Seja 42. §. 1. ff. de donationibus. Hinc pro exemplo inferunt, quod si Petrus v. g. in mortis articulo constitutus, dicat absolute sine ullo addito, dono Paulo centum hos aureos, illum equum, & hujusmodi, ista est donatio inter vivos, quia nulla fit mentio mortis. Si vero Petrus dicat, quia video me brevi moriturum, vel quia omnes moriemur, vel quia & ego aliquando mori debeo, dono paulo centum aureos, meum equum, & hujusmodi; ista est donatio mortis causa, quia ob expressam mortis mentionem clare patet, donantem intuitu & consideratione mortis donasse.

Donatio mortis causa potest fieri tribus modis, qui 12 referuntur in leg. 2. ff. de mortis causa donationibus, ibi: Tres esse species mortis causa donationum, Julianus ait; Unam quæ nullo presentis periculo metu conterritus, sed sola cogitatione mortaliter donat. Aliam esse speciem mortis causa donationum, ait, cum quis imminente periculo commotus ita donat ut statim fiat accipientis. Tertium esse genus donationis, si quis periculo motus non sic donat, ut statim fiat accipientis, sed tunc demum cum mors fuerit sequuta. Ubi vides, quod donatio mortis causa fieri potest non tantum in evidenti, & presenti, sed & in futuro mortis periculo, & in quavis infirmitate; Immo etiam tempore perfectæ sanitatis, dummodo intuitu mortis fiat, & mentio mortis expressa habeatur; ut tenet communis Doctorum per mox cit. leg. 2. ff. de mortis causa donat. & per leg. Senatus 35. §. 4. ff. ead. ubi sic habetur: Mortis causa donatio fit multis modis. Aliæ extra suspitionem alicujus periculi à sano, & in bona valetudine posito, & cui ex humana sorte mortis cogitatio est; Aliæ ex metu mortis, aut ex presenti vite periculo, aut futuro, siquidem terro, marique, tam in pace, quam in bello, tam domi, quam militia multis generibus periculum mortis metui potest. (Vid. supr. citat. cum leg. 6. tit. 12. lib. 3. For. Reg. 11. tit. 4. p. 5. 1. tit. 9. lib. 5. Ord. Reg. 7. tit. 10. lib. 5. Recop. Cast. per eas antecedentia comprobantur.)

Donatio mortis causa expirat, seu tacite revocatur 14 quatuor modis, ut desumitur ex §. 1. Institut. de donationibus. Primo expirat ipso jure, cum cessat infirmitas, seu mortis periculum, occasione & intuitu cuius donatio facta est, cit. §. 1. Institut. de donat. ibi: Sin autem supervixerit is, qui donavit, recipere. Secundo, expirat 15 ipso jure, cum donatarius moritur ante donatorem, cit. §. 1. Institut. de donat. ibi: Aut prior deceperit, cui donavit; concordat lex Si vir uxori, §. uxor vivo, ff. de donat. inter vir. & uxor. Tertio cessat ipso jure, cum do-